



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Decreta victoris papæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

# Decreta Victoris pape de pascha.

## Incipiunt decreta Victoris pape de Pascha et Causis reliquis.

Fo. XXVIII



ICTOR Romanæ ac vniuersalis Ecclesiæ archiep̄s Theophilo  
ep̄o, & cunctis fratribus in Alexâdria dñō famulatibus in dñō salutē.  
¶ Multa mihi gratulatio dilectissimi fr̄s q̄ manifestato sicut optam⁹  
p̄ grām dei lumine euāgelica claritatis & ab Ecclesia iā magna ex p̄  
te pniciōis erroris nocte depulsa, credite nobis disp̄p̄satōis fruct⁹ cre-  
scit, & augmētaſ in dñō. ¶ Celebritatē sancti pascha die dñica agi de-  
bere p̄decessores nři iā statuerūt, & nos illud eadē die celebrare sole-  
niter mādamus, q̄a nō decet vt mēbra à capite discrepēt, nec cōtraria  
gerāt. Aquartadecima vero luna primi mēsis vſq; ad viceſimūprimū  
eiusdē mēsis diē eadē celebret festiuitas. Eodē vero tpe baptism⁹ cele-

A  
Anno dñi  
180 : rēpe  
23. I. p̄tis  
nacis

brandus est catholicus, ed tñ si necesse fuerit, aut mortis periculū ingruerit gētiles ad fidē ve-  
niētes q̄cūq; loco, vel momēto vbi cūq; euenerit, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus,  
tñ Ch̄riana cōfessione credulitate clarificata baptizent. Ipsis quoq; qd̄ in baptismo polliciti  
sunt summopē est attēdendū, ne ifideles sed fideles inueniant. Ipsī vero q̄ ifidelitatis nota asp-  
gunt, infames efficiunt, atq; iter fideles mīme reputant. Haec vero statuta nulla debet iprobita  
te cōuelli nulla nouitate mutari, q̄a alia rō est seculariū, alia ē diuinaz. ¶ Audiuius nāq; apud B  
vos v̄fosc̄ diuersa iudicia fieri, & i certa iudicare, i certa charifissimi nullaten⁹ iudicem⁹, q̄ ad usq;  
veniat dñs, q̄ laetitia p̄ducet in luce, & illuminabit abscondita tenebraz, & manifestabit cōfilia  
cordiū, q̄a quis vera fint, nō th credēda, nisi q̄ manifestis iudicijs cōprobant, nisi q̄ manifesto  
iudicio cōuincunt, nisi q̄ iudicario ordie publicant. Siſ ea vos indicare ad apl̄cā delatū ē sedē,  
q̄ p̄ter nřam vobis definire nō licet autoritatē ep̄oz causas, vñ ita cōstitutū liquet à tpe apl̄o  
& deinceps. Placuit vt accusatus vel iudicatus à cōprovincialibus in aliq; cā ep̄s licetē appeller  
& adeat apl̄cē sedis p̄tificē, q̄ aut p̄ se, aut p̄ vicarios suos eius retractari negotiū, p̄curet, & dū  
iterato iudicio pontifex causam suā agat, nullus alius in eius loco ponat, aut ordinet ep̄ū, qm̄  
quāq; cōprovincialibus ep̄is accusati causam p̄tificis scrutarī liceat, nō th dissinire incōsulto  
Romano p̄tifice pm̄issum est, cū beato Petro ap̄lo nō ab alio q̄ ab ipso dictū sit dñō. Quęcuq;  
ligaueris sup̄ terrā, erunt ligata & in celo, & quę cūq; solueris sup̄ terra, erunt soluta & in cce-  
lo. Et alibi in institutis legit Ap̄l̄cis. Si q̄s putauerit se à p̄prio metropolitano grauari, apud  
priarcham vel primatē dioceſeōs, aut penes vſis apostolica Ecclesiæ iudicet sedē. Nihil aliud  
est fr̄s talis p̄sumptio, nisi apostoloḡ suoḡ p̄successor̄ terminos transgredi, eorūq; de cōcreta  
violare. Culpant em̄ (vt scriptū est) fr̄s, q̄a aliter circa ep̄os iudicare p̄sumūt q̄ apostolice sedis  
papae fieri placuerit. Et q̄s est q̄ iudicat eum quē dñs sibi & huic sancta fedē reseruari voluit iu-  
dicandū. Ait nāq; dñs p̄ p̄phētā Esaiā: Dñe deus auxiliator meus, ideo nō sum confusus, ideo  
posui faciē meā vt petrā durissimā, & scio quia non cōfundar, iuxta est q̄ iustificat me. Quis cō  
tradicit mihi? stemus simul. Quis est aduersarius meus? accedit ad me, ecce dñs deus meus, au-  
xiliator meus. Quis est q̄ condēnet me? ecce oēs quasi vestimētū conterenf, tinea comedet  
eos. Quis ex vobis timēs dñm, audiēs vocē serui suis? Quis ambulauit in tenebris, & nō est lumē  
eis? Speret in noīe dñi, & innitat sup̄ deū suū. Ecce vos oēs accendētes ignē, accincti flāmis, am-  
bulatē in lumine ignis v̄ri, & flāmis quas succēditis. De manu mea factū est hoc vobis, in dolo  
ribus dormietis. Audite me q̄ sequimini qd̄ iustū est, & queritis dñm, attēdite ad petrā, vnde  
excisi estis, & ad cauernā laci, de q̄ p̄cisi estis. Attēdite ad Abrāhā patrē v̄m, & ad Sarā qua pe-  
perit vos, q̄a vñvū vocauit eū, & bñdixi ei, & multiplicaui eū. Consolabit ergo dñs syō, & cōsolat  
oēs ruinas ei⁹. Et ponet deſertū eius q̄si delicias & ſollicitudinē eius q̄si ortū dñi, gaudiū & le-  
titia iuueniet in ea ḡraz actio & vox laudis. Attende ad me populus meus, & tribus mea me au-  
dite. Quialex a me exiit & iudiciū meū in luce populoꝝ requeſet, ppe ē iustus meus, egressus ē  
ſaluator meus, & brachiū meū populos iudicabit, me insula expectabūt & brachiū meū ſuſtine-  
bunt. Leuate in ccelū oculos v̄ros, & videte ſub terra deorū, q̄a celi ſicut fumus liqueſcēt, &  
terra ſicut vestimētū atteret, & habitatores eius ſicut hēc interibūt. Salus aut̄ mea in ſempi-  
ternū erit, & iuſtitia mea nō deficit. Audite me q̄ ſc̄tis iustū, populus lex mea in corde eoz.  
Nolite timere opprobriū hoīm, & blaſphemias eoz, ſicut em̄ vestimētū, ſic comedet eos ver-  
mis, & ſicut lanā ſic deuorabit eos tinea. Salus aut̄ mea in ſempiternū erit, & iuſtitia mea in ge-  
neratōe & generationē. Multis mundi huius illecebris, multis vanitatibus refiſtēdūm est, vt ve-  
re charitatis & continētiaz obtineat integratas. Dñs em̄ nullū vult perire, ſed oēs ſaluos fieri.  
Certus aut̄ ſum vos ad hec emēdanda vel defendēda dñō auxiliante p̄ſcere. Data, XIII. Calē.  
Augusti. Commodo & Gratiano. IIII. consulibus, concess,

E 4 Cuius

# Epistola ad Aphros de causis superioribus

¶ Cuius supra epistola ad Aphros, de causis superioribus.

**C**VICtor Romanæ Ecclesiæ vrbis archiepûs, yniuersis epîs p Aphricam constitutis in dño salutē. Semper enim in æterno confilio dei mansit humani gñis incomutabiliter prædicta reparatio, sed ordore & p dñm nîm Iesum Chm tpaliter gerêdaꝝ, dispositio verbi diuini sumpit exordiū. Quapropter oportet vos fratres vnanimes eē, & admînîculū vicissim ferre. In recta ergo fide & in sacramentis diuinis non discrepare, sed concordes esse, quia licet paucis sitis malorum comparatoꝝ, si tamē concordes fueritis facile auxiliare dñō, vros infididores superaberis. Si vero discordes (qd' abfit) fueritis non superaberis, sed superabimini. Perlatū est enim ad sedem apostolicā aliquos vñm nocere fratres velle, & vt cōdant decertare, silt in sacramentis discrepare, & ob id contentiones & cōmulationes inter vos fieri, à quibus dissidentibus vos auertere, & in his oibus cōcordare, & opere ferre vicissim madamus. Nā si hoc agere cito neglexeritis, & vicissim recōciliari nō studueritis ab apostolicæ sedis & totius Ecclesie cōiōne vos pellere non dubitetis, nec attēditis charifissimi, qualiter dñs p Elaiā pp̄phetâ tali bus cōminatus est, dicens: Dñs ē ilocutus ē verbū hoc, luxit & defluxit terra, & infirmata ē, defluit orbis, & infirmata ē altitudo populi terræ, & terra iterfecta ē ab habitatoribus suis, qā trāsgressi sunt leges, mutauerūt ius, diffisi pauerunt fœdus semperternū. Propter hoc maledictio vorabit terrā, & peccabūt habitatores eius, ideoq; infani et cultores eius, & relinquēt hoies paci, luxit vindemia, infirmata ē vñs, ingemuerunt oēs q̄ letabantur corde, cessauit gaudiū tympanorum, quieuit sonitus latitantiū, cōticuit dulcedo cithare, cū cātico nō bibēt vñs, amara erit potio bibētibus illā, attrita ē ciuitas vanitatis, clausa ē oīs domus nullo introeſite. Clamor erit super yino in plateis, deserta ē oīs latititia, trāslā est gaudiū terræ, relicta ē in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. Quia hāc erit in medio terræ, & in medio populoꝝ, quo si paucæ oliua q̄ remâleſt, excutiant ex olea, & racemi cū fuerit finitima vindemia, hi leuabūt vocē suā atq; laudabunt, cū glorificatus fuerit dñs hinniēt de mari. Propter hoc in doctrinâ glorificate dñm, & in insulis maris nomē dñi dei Israel, & dñs in orōne quā discipulos suos docuit orare, ait: Pater nř qui es in celis, sanctificeſt nomē tuū. In bonis & iustis hoībus sanctificat nomē dñi, & in malis blasphemat, & ipsa p se veritas ait: Si offeres munus tuū ad altare, & recordatus fueris, qā frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū aī altare, & vade prius recōciliari fratri tuo, & postea offeres munus tuū. Nulli vero liceat doctrinā euāgelicā deferere, & sacerdotali honore gaudere. Data Calē, Septēbris, Laterano & Ruffino, iiiij. cc. cōfulibus.

## Incipiunt decreta Zepherini pape.

D  
Anno dñi  
208. tēpe  
Seueri  
imperato.



OMANAE vrbis archiepûs Zepherinus omnibus p Siciliam cōstitutis epîs in dño salutē. ¶ Diuinæ circa nos gñre memores esse debemus que nos p dignationis sua mīam ob hoc ad fastigium sacerdotale puerit, vt mādatis ipsius in hæretes, & in quadam sacerdotū eius speculatioꝝ constituti phibeamus illicta & sequēda doceamus. Sicut stellas cceli nō extinguit nox, sic mentes fideliū firmamēto inhæretes sanctæ scripturæ non obscurat mundana iniqtas. Idcirco meditari vos oportet & scripturas, & pcepta diuina, que in scripturis cōtinēt diligēter attēdere, ne trāsgressores legis dei, sed impletores appareatis. ¶ Patriarchæ vero vel primates accusati discutiētes ep̄m, nō aī sñiam pferant finitiā, quā apostolica fulti authoritate, ac reum seipm confiteat, aut pinnocētes & regulariter examinatos conuincaſt testes. Qui minori non sint numero, q̄ illi discipuli fuerunt, quos dñs ad adiumentū apostologoꝝ eligere pcepit, i. septuaginta duo. Detractores quoq; q̄ diuina authoritate eradicandi sunt, & authores inimicōꝝ ab episcopali submouemus accusatioꝝ vel testimonio, nec summoꝝ q̄piam minoꝝ accusatioꝝ impetat aut dispereat, neq; in re dubia certa iudicet sñia, nec vllum iudicium, nisi ordinabiliter habitū teneat. Absens vero nemo iudicet, qā & diuina & humana hoc phibet leges. Accusatores aut̄ eorū om̄i careant suspicioꝝ, qā columnas suas dñs firmiter stare voluit, nō à qbuslibet agitari. Nullum aut̄ eorū sñia à non suo iudice dicta cōstringat, qā & leges seculi idipm fieri p̄cipiunt. Duodecim enim iudices qlibet ep̄us accusatus si necesse fuerit, eligat, à qbus eius causa iuste iudicet, nec prius audiat, aut excommunicet, vel iudicet, q̄ ipsi p se eligant, & regulariter vocata ad suoꝝ primo conuentū ep̄oꝝ p eos eius causa iuste audiat, & rōnabiliter discernat. Finis vero eius causæ ad sedē Apostolicam deferat, vt ibidē terminet. Nec antea finiat, sicut ab Apostolis vel successoribus eorū olim statutum est, quām eius authoritate fulciaſt, ad eam quoq; ab omnibus (maxime tamen ab oppressis) appellandum est & concurrendum quasi ad matrem, vt eius vberibus nutritantur, authoritate defendant, & à suis oppressionibus releuent, quia non potest, nec debet mater obliuisci filium suum.

¶ Iudi-